



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

3. Quodnam peccatum sit reseruandum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

*f 1. n 1 Adam. Tan. tom 4. q 9.
d 6 dub. 4 n. 67. [B] suar. cit.
f 2 concl 2 Fum. cit. n 2 Eman.
sa. V. Casus reseruatus n. 2. ex
comm. Canonistarum, & V. Ab-
solutio n. 19.*

III. Peccatum nec Veniale [A]
nec Mortale mere Internum [B]
proinde nec ipsa [C] Hæresis nisi
figno exteriori de se sufficienti
prodatur, nec omnia [D] externa,
quæ secundam conditionem &
quantitatem operis externi sunt
mortalia, sed tantum atrociora
quædam & grauiora crimina de
facto sunt reseruata, quorum re-
seruatio non tantum spectat ad
censuras seu forum externum, sed
culpas & forum internum. Ratio
prioris est, quod, cum nulla sit ob-
ligatio cōfitendi veniale, & abs
que culpa omittatur, imò possit
sine ullo ordine ad pœnitentię Sa-
cramentum (neque hoc impedire

B 3 . . . potest

6 *Tractat. Practici.*

poteſt Ecclesia) tolli, inutilis red-
deretur eiusdem reſeruatio. Ratio
poſterioris, quod huiusmodi pec-
catum occultum non inferat aliis
noſumentum, neq; moraliter lo-
quendo, ſingulari aliqua cauione
indiget, quam Ordinarii Confeſ-
fores nequeant adhibere; atque
ideò Caſuū reſeruatio fuit intro-
ducta, vt ſubditi intelligentes hu-
ius vel illius ſceleris abſolutionē
diſculter poſſe obtineri, magis
ex in eius grauitatē apprehendant
& fugiant. Ratio tertii deſumitur
ex praxi & traditione Ecclesiæ,
quam Concilium Tridentinum
[E] adducit deſiniendo: magnopere ad Christiani populi discipli-
nam pertinere, vt atrociora & gra-
uiora criminia (in quoconque ho-
minum ſtatu) non à quibusvis, ſed
à summis duntaxat Sacerdotibus
abſoluantur. Et quo Superiores
ſunt prudentiores, peritioresque,

eo

comelius etiam pœnitentes ab i-
isdem, quam aliis possunt iuuari
& dirigi in foro conscientiæ.

[A] [B] [C] [D] Suar. to. 4. d.
29. f. 3. Mart. Bonac. disp. 5. q. 7.
pun 5. S. 1 propos 2. Tan. t. 4 d. 6. de
Pœnit. Miranda in Man. Prælato-
rum. Regg. q 43. a. 3. concl. 2. Fill.
to. 1. tr 7. c 10. à num. 221. Iacob. de
Graff p. 2. l. 1. depœnit. c. 7.

Probabile quidem est posse in-
terna peccata mortalia directè v. g.
hæresin mentalem, consensum in
luxuriam, appetitum vindictæ re-
seruari. Contrarium tamen magis
probatur, quod nimis nullus
potestas videatur aliquid posse
statuere, præcipere de iis, quæ ne-
queat cognoscere, iudicare, puni-
re; Ecclesia de actibus merè inter-
nis non cognoscit, non iudicat,
sed iudicio Dei relinquit, qui so-
lus cordium & rerum est scruta-
tor, 1. Reg. 7. Et ad stipula-

B 4 tur

8 Tractat. Practici.

tur Communis DD. cum S. August l. 1 de libero arbitrio. c 6.
& S. Th. l. 2 q. 91. a. 4. Attamen
potest Ecclesia indirecte super iis-
dem iudicare, præcipere, quate-
nus actus interni sunt principia &
circumstantiae actuorum exteriorum,
adeoque etiam indirecte poenas
& censuras adiicere.

Vide Sayr. l. 2. de Cens Eccles c. 4.
a num. 21. Less. l. 2. c. 73. dub.
11. n 65. & 66. Roder. t 1. q. 20.
a. 1. E. less. 14. c 7. de Reform. &
Can. 11.

I V. Huiusmodi reseruandi
potestas amplissima est in Sum.
Pontifice[A] in uniuersam Eccle-
siam, ut ipsis etiam Episcopis cæ-
terisque Prælati certam regulam
casus Reseruandi valeat præscri-
bere, & licentiam nimiam restrin-
gere ; cum enim reseruatio non
debeat fieri nisi obiustam & ratio-
nablem causam, maiusq; bonum
com-